



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concor=||dia Discors,|| Sive || Qverimonia Catholicae  
Christi || Iesu Ecclesiæ**

**Lindt, Willem van der**

**Coloniae, 1583**

**VD16 L 1926**

Qverimoniæ Catholicæ Christi Iesv Ecclesiae Oratio Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34269**

QVERIMO-  
NIÆ CATHOLICÆ  
CHRISTI IESV ECCLE-  
SIAE ORATIO  
PRIMA.

*Terem. 9.*

*Incomparabi-  
lis Ecclesiæ  
Christi cala-  
mitas, potiss.  
per Germani-  
as & Gallias  
hostes extorsit  
tribenos.*



VIS dabit Capiti meo a-  
quam, & oculis meis fontē  
Lachrimarum: & plorabo  
die ac nocte imperfectos fi-  
liæ populi mei, vt olim di-  
uinus ille lamentans lugebat Propheta  
imperfectos Iudaici populi sui; sed qui  
magis corpore, quam anima perierant:  
mihi autem ô Princes S. Rom. Impe-  
rij & Ciuitatum gubernatores Protestā-  
tium nomine gaudentes, gemina est eiū-  
laudi causa multò iustior, quam illi, acer-  
bior simul atrocior.

Quis enim infinitum numerum filio-  
rum meorum gladio, fame, inedia, exi-  
lio, igne, laqueo hisce diebus passim ene-  
catorum fando exponat? Quis meam  
longè omnium acerbissimam calamita-  
tem mei vestram per Germaniam, Prin-  
cipes & Ciuitates, populi gladio spiritus  
*ad simili.* occi-

occisi idoneis verbis depingat? An non *Thren. 4.*  
 multò melius, qđ lamētatur suis in thre  
 nis D. Ieremias, qui solus lamentationes  
 calamitatibus exēquare nouit, occisis  
 gladio, quām imperfectis verbi Dei fa-  
 me? Ante Annos L X. vnuſ mihi erat  
 grex Christi, vna Christi familia, vnuſ  
 populus Christianus Deum cœli reli-  
 giosoſe colentium, recteque ac adeō reli-  
 giosoſe tot per annorum centurias inuo-  
 cantium: At vbi nouis iſtis Confessio-  
 nibus cæpit eſſe locus, tot mihi, eheu me  
 miseram! facta nouatae Religionis ſunt  
 capita, & ſectæ, indiſiectam Christi ſpó-  
 ſi mei tunicam, cui vel barbari illi ipsius  
 crucifixores parcebant, dilacerātes, quoſ  
 ferē filij, ſinguli enim ſuam quifque ſibi  
 sumit fidei, nescio cuius, confessionem.  
 Quasi verò vlla dæmonis nefarij diſſidi-  
 orum iſtorum exitialium Patris arte fi-  
 eri queat, vt vna Dei non ſit fides? Imò  
 quaſi Christianum faciat aliquot fidei  
 meæ Catholicæ ſibi auellere dogmata,  
 & ea, ceteris contumaciter repudiatis, &  
 ignominioſe adeō reiectis, & proteruē  
 proculcatis mordicus obtenta pro ſuæ  
 nouæ fidei fundamento iacere.

An non & illa diuorum Apostolorū  
 etate quidam verum falſo permifcentes

G 5 Chri-

*Nazian. ord-  
 tio in Arrhi-  
 anos.*

## 105 QVERIM. ECCL. CATH.

Christum non sincerè, sed subdolè, frau-  
dulenter, adeoq; falso, licet sub specioso.  
fidei Christianæ titulo, adnunciabant?

2. Cor. II.

*Symbola tria  
Protestantes  
noui locis sex  
sua in Cōcor-  
dia depravat.  
O firmum Cō-  
fessionis.  
Augustane  
fundamentū:*

2. Cor. II. Blandiuntur & nūc temporis  
sibi quidā suauiter admodū mira ambiti-  
one de Christi Euang gloriabundi, qđr  
primaria illa fidei meæ Christianæ salua-  
sibi obtinent capita, quòd tria suscipiūt  
symbola, quæ locis tamē aliquot deprava-  
uant & adulterant, vt post veniet decla-  
randum fusius: sed animū, v̄os vestrā per  
salutē obsecro, aduertite, quidnam de i-  
stiusmodi sit viro prudenti, suæq; salu-  
tis æternæ haud prodigo censendum.

Christum etiam sibi Hæretici habe-  
re videntur, inquit meus ille magnus  
Ambrosius Com. in Lucam, cap. 9.

” Nemo enim Christi nomen negat:  
” sed Christum negat, qui nō omnia, quæ  
” Christi sunt, confitetur. Vnum dogma-  
” tum eius si retraxeris, retraxisti salutem  
tuā! O vocem vobis, eheu mei Protesta-  
tes, terribilem, vereq; formidabilem! Si-  
quidem, vti Apostolus ille Theologus  
contra vos iā pridē horribiliter clamat,  
qui recedit, παραβάνει, transgreditur,  
violat, & vel quadā ex parte fidē deserit;  
& non permanet in doctrina hac (Apo-  
stolorū) hic Deū non habet! Hoc enim  
est

2. Iohann. I.

est Apostolo παραβάνειν cum illo Julianus A.  
no Apostata hinc Parabates dicto, fidē cur Paraba-  
violare, transgredi, ab ea declinare, vel <sup>tes & apostla-</sup>  
in toto, vel in parte; ideoq; ab eius Cano <sup>ta dictus Chri-</sup>  
ne seu regula deflectere, discedere, eam-  
que deferere.

Quod cuiusnā generis sit peccatum,  
effectū declarant; Hic Deū non habet,  
ait Apostolus. ô scelus immane: quod  
nos Deo vniō bonorum omniū fonte  
certa nostri, cū infælicitate priuat; & con-  
sortio eius beatissimo miserrimè orbat;  
non solū quando fidē Christi prophanè  
totā cum Turcis excutimus, aut impīe  
cum Iudaizantibus abiijcimus: sed quan-  
dō vel vna ex parte cū Hæreticis alicui<sup>o</sup>  
tandem classis, aut impīe scholæ, viola-  
mus, repudiamus, deferimus. Nā & illi  
Pseudo-Apostoli, contra quos D. Ioh. <sup>Ioh. Aposto-</sup>  
Theologus hoc sibi scribendum, immō <sup>Ius cur Bone-</sup>  
suo pro epitheto Bene erges, tonandū <sup>erges siue be-</sup>  
putauit, non prorsus omnia fidei Chri- <sup>ne. erges</sup>  
stianæ reijciebant dogmata: sed quædā, <sup>dictus, vt ca-</sup>  
vt & vos, in fidei titulū sibi obtinebant, <sup>stigatoria le-</sup>  
quædam irreligiose nouabant, & teme- <sup>gunt.</sup>  
re mutabant: quædā sacrilegē abiijciebāt.

Cæterum terribilior illa vobis, filij  
chariss. exstat apud magnū illū Cypria-  
nū meū sententia, non tam aduersus No-  
yatianos, quā cæteros ad vnum omnes  
schif-

schismaticos, nedum hæreticos horridū intonans. Quòd eundem (inquit epist.

76.ad Magnum de Nouatianis loquens schismaticis ) quem & nos Deum Pa-

trem, eundem filium, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuua re tales potest. Nam & Chore, & Da-  
than & Abiron cum sacerdote Aaron & Moysē eundem Deum nouerant. Pa-  
ri lege & religione vnum & verum De-  
um inuocabant: tamen qui loci sui mi-  
nisterium transgressi contra Aaron Sa-  
cerdotem sacrificandi sibi licentiā vin-  
dicauerunt, diuinitus percussi pœnas

statim pro illicitis conatibus penderunt. Quo exemplo (addit inferius) ostendit-  
ur & probatur obnoxios omnes & cul-  
pæ & pœnæ futuros, qui se schismaticis

contra Præpositos & Sacerdotes irreli-  
giosa temeritate miscuerint. Exierunt enim à nobis: qui si fuissent ex nobis,

mansiissent vtique nobiscum, vnde appa-  
ret ( vt est sub epistole huius initium ) aduersarios Domini Antichristos om-

nes esse, quos constat à Charitate atque ab unitate Ecclesiæ Catholicæ rece-  
ssisse. Quòd si solum ab Ecclesiæ Catho-  
licæ unitate recessisse Antichristum fa-  
cit, quid de ijs, obsecro, Deus bene! cen-  
sen-

*Recta S. Tri-  
nitatis fides  
nō sufficit ad  
saluēm: sed  
opus est tene-  
re cōcordiam  
fidei, atq; Ca-  
tholicæ Chri-  
sti Ecclesiæ  
unitatem.*

*D. Cyprian  
ad Magnum.*

*O horrēdam  
vocē in schis-  
maticorum  
socios.*

*I. Iohann. 2.*

*Antichristia-  
ni sunt qui,  
ab unitate Ca-  
tholicæ Chri-  
sti Ecclesiæ re-  
cesserunt.*

sendum, qui suum ab ea discessum pluri-  
mis nouorum cùm peregrinorum, tum  
impiorum Dogmatum erroribus irreli-  
giola perfidia cumularunt? quod nunc  
tempestatis non exiguo filiorum meo-  
rum numero euenisse perdolenter mæ-  
stissima video, idque opinionibus non  
minus impijs, quam varijs.

*Quid ergo qui  
schisma nouis  
cumularunt  
erroribus?*

Quis enim (Heu memiseram.) tot CAP. 2.  
hodie non videt fidei, si Christo placet, Vnde tot nam  
Confessiones, quot sunt voluntates? si. hodie fides et  
des ita scribitur ut volunt, quò ex fide Confessiones  
fidem oppugnant. Qua pugnaci & gla-  
diatoria, obstinataque pertinacissima-  
rum voluntatum diuersitate hoc effici-  
tur, ut veræ fidei meæ Christianæ suis  
quisque pro viribus interitum molia-  
tur. Dum enim suam quisque doctri- vi fide fidem  
nam pro dei Euangeli magna cum am- expugnant:  
bitione venditat, alios sibi aut dissidentien-  
tes, aut reluctantes, aut deniq; nō cōsentientes  
pro erratibus habet, atq; perfidiæ,  
adeoque impietatis damnat. hac ex di- Disceßio Ger  
uersitate Confessionum fidei videtis; ni manorū à Ca-  
fallor, illust. Principes & sociæ Ciuita- tholica Ec. in-  
tes, quam infelici vobis simul & infir- stabili funda-  
mo vestra cum à me, tum à toto gregè mento nixa i-  
Christi meo Catholico discessio, dirū psis est perni-  
que dissidium nitatur fundamēto. Post- ciosa, certoq;  
futura & exitio.

quam

*D. Hilarius  
lib. de Trinit.*

*Quod fidei Co  
fessiones edūc*

*vi fide fidem*

*expugnant:*

*Disceßio Ger*

*manorū à Ca-*

*fallor, illust. Prin-*

*cipes & sociæ Ciuita-*

*tes, quam infelici vobis simul & infir-*

*mo vestra cum à me, tum à toto gregè*

*psis est perni-*

*ciosa, certoq;*

*futura & exitio.*

*Universitäts-  
Bibliothek  
Paderborn*

110 QVERIM. ECCL. CATH.

quam vobis in mentē venit vestram Ca  
rolo V. Augusto, Augusto offerre Con  
fessionem, alij aliarū sectarum, vestro et  
iam iudicio impiarum, Magistri vnitati  
fidei meę certū exitium pariter moliētes  
sibi etiā idem licere volueret, quod vobis  
apud quosdā huius infælicissimi omniū  
seculi homines laudi vertebatur, atque  
non parū reputabatur glriosum. Cur  
enim viro Euangelico (vt alij æquè con  
fidenter, nec minus ambitiose, ac vos,  
gloriantur) sui, vti persuasum habet, Eu  
angelij nō liceat in ista perditissima rerū  
omniū licentiā in vulgus emittere con  
fessionē, quò liqueat omnibus quā ipse  
indubia salutis æternæ viā putat ex Eu  
gelij sui norma sequendā? Istud dū vo  
bis singuli magna permittitis ambitione  
imò nefaria, ne dicā impia in vnū Chri  
sti D. Euangeliū licentia, iā fides vestra

D. Hilar. cō  
tra Constant.  
Multæ scribū  
tur fidei cōfes  
siones vt nul  
la sit fides.

CAP. 3.

non amplius est Christiana: sed aut Au  
gustana, aut Tigurina, aut Saxonica, aut  
Anglicana. Embdensem enim, aut VV e  
saliensem, aut Argentinā aut Bremēsem,  
aut alterius obscurioris nominis aliā iā  
nō cōmemoro. Multæ namq; nūc scribū  
tur fidei Confessiones vt nulla sit fides.

Certè dum suæ quisq; fidei Confe  
sioni vel à loco, vel ab homine, vel à cō  
uen-

uentu imponit appellationem, non iam *Fides à loco,*  
 Christiana dicenda est, nedum Catho- *aut persona;*  
 lica: sed Antichristiana, quæ vnum il- *nomenerens*  
 lud Christi corpus quod est Ecclesia, *est antichri-*  
 crudeliter distrahit, truculenter dilace- *stiana, quia*  
 rat, in varia denique diriter membra di- *Christi nomi-*  
 laniat. Christiani enim esse desierunt, *ne amissio hu-*  
 ait Lactantius, qui Christi nomine amis-  
 so, humana & externa vocabula indue- *Lactantius*  
 runt. Siquidem non est Dei fides quod  
 olim magnus ille in Arrhianos clama-  
 bat Athanasius, quæ de hominibus, *D. Athanas.*  
 Lutherò, Zwinglio, Ménone, Osiádro, *quæst. ad A.*  
 Caluino, aut alio quolibet nomen acci- *tioch.*  
 pit. Utinā nobis collubuisse illā D. Pau-  
 li hac tempestate cautionē sequi, Ne fint *1. Corin. 1.*  
 in vobis schismata: quæ cū vos Germaniæ nostræ Principes, & alij vobis no-  
 uitio vestro in Euāgeliō dissentientes tā  
 varia feceritis, dū alij Confessionē edi-  
 tis Augustanā; alij Quatuor Ciuitatum  
 Zwinglianā; alij Osiandrianā; alij aliam  
 huius, aut illius loci, aut hominis, vos à  
 mea Cōfessione toto cēlo aberratis Chri- *D. Ireneus.*  
 stiana. Hęc enim vna est, & eadē semper; *τὰ αὐτὰ πολλα*  
*adeoq; eadem constanter de ei idē tra-* *τῷ τῷ αὐτῷ,*  
*dens, nihil addens, nihil imminuens, de-*  
*nique nihil varians aut immutans.*

*Fides enim germanè ac verè Chri-*  
*stiana*

stiana homines in Christo regeneratos  
**Concordia** & suo illo almo illustrat lucis cælestis splé-  
 vniuersitas fidei vnde Catho- dore, vnius animi facit, atque vnius sen-  
 licis omnibus tentiæ, quia ex uno fonte ( ait Arnobi-  
 semper. us contra Gentiles meam ages causam )

omnium nostrum defluunt animæ; ni-  
 mirum S. Spiritus varijs charismatibus  
**Arnob. lib. 2.** cælitus adimpletæ. Iccirco vnum, conue-  
 contra genti- niensque sentimus, non moribus, sacris-  
 les.

que ritibus discrepamus, Deum omnes  
 nouimus, nec quot in orbe sunt homi-  
 nes, sunt sententiæ totidem; neque infi-  
 nita varietate discretæ. Qui verò à meo  
 Catholicæ gregis consensu dissentientes  
 Christianæ fidei aut derogant, aut adjici-  
 unt, aut denique variant, non iam disci-  
 pulorum Christi nomine amplius veni-  
 unt censendi.

Vos igitur mihi non amplius Chri-  
 stiani habendi estis; qui nefario fastu de-  
 serta, siue contumaciter reiecta & pro-  
 phanè immutata mea fidei Catholica;  
 dum eius quædam temerè plus satis re-  
 probatis; quedam æquo audacius, super-  
 bius, simul & irreligiosius illi additiæ;  
 quædam sacrilegè nimis detrahitis: sed,  
 ut Cyprianus meus & Augustinus cen-  
 sent, verè Antichristiani.

D. Cypria. e-  
 pist. ad Ma-  
 gnūm.

D. Aug. con-  
 tra Donatist.

CAP. 4.

Sicut enim nobilissimus gemmarum

Ada-

Adamas maximi est pretij, modò integer sit, purus, pellucidus, inuiolatus; sin maculosus, sublustris, folidatus, aut violatus & rimosus, nullitis æstimatur: *A simili adamantis fidem oportere esse integrum, nec auctam, nec ulla sui parte diminutam.*  
 ita fides Christiana ut sit salutaris, oporetur integrum, non impuris additorum humanæ doctrinæ fermentorum foribus contaminata: non rejectis sanæ doctrinæ capitibus imminuta, violata, de-  
*Nazianz.*  
*rian.*  
 truncata.

Si quid adieceris, enecas; quia exsuperat fæde, turpiterque extuberat: si detraxeris, perdis; quia deficit, imò perit; quia nullam sui ferre queat temerariâ adulterationem, siue prophanam suorum substancialium dogmatum mutationem, ne dicā sacrilegam violationē, aut existiam vitalium suarum quasi partium detrunctionem. Vtraque hac iniuria, detrahendo inquam, & addendo, vos ô mei Protestantes, in veram Christi fidē peccare, obsecro, me miseram benigne audire hoc demonstrantem paucis ne grauemini.

In Concordia vestra hoc anno 80. in CAP. 5. lucem emissa in venerabili Sacramento Quod addendo S. Eucharistiæ affirmatis fol. 294. vos fidei peccant credere distribui sum etibus verum corpus essentialiter cum pane & vino: quæ

H                    VOS

*mōribus suis degenerātes.* vos eadem perstare atq; immutata (vinū & panem) permanere in Sacramēto illic affirmatis. His etiam apertis verbis, animum quæso vos, noui Protestantes,

attendite, pānē & vinū nunc tremendo S. Eucharistiæ Sacramēto additis: quod

in hac eadem Concordia vestrā decimo

Cōfessionis articulo dīserit negatis, quā

do profitemini sol. s. Verum Corpus &

sanguinem Domini verè sub specie pa-

nis & vini in cāna esse p̄tēns, ibiq; dis-

tribui & accipi. Si corde creditis, quod

*Prima iſtorū nouorum Pro-*  
*testantū repu- gnantia pudē-*  
da.

ore hic coram toto orbe dīserit Cōfes-

sionis vestræ Augustanę verbis profite-

mini, sub specie panis verè esse verū cor-

pus Domini: quomodo eadem in cōcor-

dia non dubitatis asserere cū pane & vi-

no esse corpº Dñi? Certè si sub specie pa-

nis, non igitur cum pane; qui vocabulo,

specie, hoc in dogmate ex diametro op-

ponitur. Nunc ergo fidei vestræ, immo

*Panem suum pistorium nūc* meæ Catholicæ nouatores pistoriū ve-

*S. Eucharistiæ strū* in Sacramento Eucharistiæ panem

addunt noui adiungitis. Sed quis à Christianorū me-

*Protestantes moria Orthodoxorum & Catholicorū*

Patrū vel in Oriente, vel Occidente ita

*sensit, credidit, docuit?* An illus Ortho-

doxorum patrum indubius sensit aut

liquidò tradidit non mutatas panis,

vinis

ORATIO I.

vinique substantias & naturas vna cum domini nostri corpore ac sanguine in illis mysterijs permanere? Quod si unus, aut fortè alter mysticè atque occultanter tantis de mysterijs, & fortassis subtilius, immò arcana fidei nostrę impijs atque prophanis dissimulans, cautiusque adeò philosophatus ita quibusdā loqui interdum videatur, hoc docendi, immo mysteria nostra impijs dissimulādi causa fit; ne Prophanis nostra prodant mysteria, sine arduæ disputationis occasione, ut magis prematur aduersarius.

Cæterū vna est omnium concors doctrina, ex pane consecrari corpus Domini cælesti spiritus sancti virtute: ut ex Degenerant aqua illis in nuptijs Euāgelicis vinū fuit noui Protestat factum. An non & vos ipsi, aut potius maiores vestri, qui Augustanā primam Confessionem, ita ab ortho Augustanā doxis nostris patribus pridem nobiscū auctoribus concorditer eruditī profitebamini?

An non agnouistis & scripsistis verā Confessio Augustanae fidem his verbis expressam, Vngust. bifrons der der gestalt des brodts vnd weins; sub specie panis & vini esse corpus Domini? Carolo V. A: oblatā Germanica nica & Lata. Certè sic habet Confessio Germanica tina. V Vittenbergē anno 31. & 61 impressa. itē Norinbergē ann. 32. V Vesaliq; ann. 43

H 2 Franc-

*In prima Con* Francfordiæ anno 70. & Ienæ anno 76.  
*fes. August.* in operibus Lutheri edita. Sic & Germa  
*& Apologia* nicam omnium primam habuisse inde  
*consensus fuit* liquet, quod Apologia vestra sequenti  
*Protestantib⁹* & Catholicis ann. 31. in lucem emissa hoc fidei dogma  
*contra Sacra* nititur cōtra communes nostros hostes  
*mentarios de* Sacramentarios astruere; dum verba D.  
*mutata vini,* Cyrilli & Theophylacti, adeoque Græ-  
*panisque sub-* canicæ Missæ atque Latinæ Ecclesiæ ore  
*stātia in Ven.* diserto recitauit. Hæc autem omnia tam  
*Sacramento.* Apologiæ vestræ, quām Confessionis  
*vestræ primæ verba tam luculenta, tam*

*Nouiprotestā* diserta aliquot noui vestri Theologi do-  
*sium Theolo-* lo malo è visceribus nouatæ vestræ Cō-  
*gi adultera* fessionis & Apologiæ posteà extraxe-  
*runt confessio* runt, & quasi cor, vnde vita fluit homi-  
*nē August.* & primam eius ni, crudelissimè euulserunt: quò maior  
*Apologiam.* fieret sacrilegi istius schismatis ruptura,  
*plagaque insanabilior.*

**CAP. 6.** Immò frontem, vt ait Propheta, me-  
**Collatio A.** retriciam perfricantes audent modò ia-  
*pologie* & litare folio vestræ Concordiæ 394. i-  
*illius prime,* stum semper fuisse Confessionis Augu-  
*anno 31. cum* stanæ intellectum, & sententiam. de qua  
*bac noua in co* dice Concor- falsi specie, veroque sophismate cū pri-  
*die anno 80.* mis pernicioſo hic cum illis mihi, pace  
*quæſo vestra, paucis agendum arbitror.*  
*Adestote igitur mihi, vos electores in-*  
*felicis istius Concordiæ Architecti &*  
*pri-*

principili Prætestantium Principum et *Apostrophe*  
 Ciuitatum Theologi, omnium celeber- *Cathol. Chri-*  
 rime DD. Iacobe Andræa, DD. Myscu- *sti Eccl. ad*  
*primipilos*  
 le, DD. & nuper exigui temporis Epi- *Germanici*  
 scope Tilmanne Heshusii, DD. Chem *nunc schisma-*  
 niti, & DD. Selnekere, hancine vestræ *tis propugna-*  
 nouatæ fidei Confessionem Augusta- *tores.*

nam, quam de corpore Domini in sacra-  
 mento cum panis substantia profitemi-  
 ni, adeoque nominum vestrorum sub-  
 subscriptione confirmatis, vultis, vos pro  
 Apostolico fidei vestræ symbolo una  
 cum prima eiusdem Confessionis Apo-  
 logia orbi edere, indubios suscipere? in  
 eius ne fide iudici Christo Iesu velle vos  
 apparere (vti varijs istius concordiæ lo-  
 cis exstat.) iactitare non veremini?

Legamus igitur, viri Protestantium *quod edita*  
 ordinum Theologi candido conferen- *modo Apolo-*  
 di studio, si videbitur, Apologiam nunc *gia suemet*  
 à vobis in lucem editam, ac dispiciamus *Confessioni*  
 obiter, an huic ipsi Confessioni modò *Augustanæ*  
 in vulgus ex Principum vestrorum Ar- *in Codice Cō-*  
 chiuis protractæ respondeat: & an hæc satur ex dia-  
 sit ipsissima prima Apologia, quam ia- *cordiæ aduer-*  
*titatis in Articulum Decimum Confel-*  
*sionis Augustanæ in Concordiæ opere* *Verba Confes-*  
*assutæ.* *sionis Angu-*  
*flanae repug-*  
*nant verbis.*

Is ita habet ad verbum, sub specie pa-

H 3 nis

118 QVERIM. ECCL E. CATH.

nis verè distribui in cæna verum corpus Domini. Sic verò vestra modò ædita habet Apologia fol. 63. Decimum articulum non oppugnant aduersarij, in quo confitemur Corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi verè in cœna Domini esse præsens, & cum visibilibus rebus pane & vino dantur & accipiuntur, ut hactenus in Ecclesijs obseruatum fuit, sicuti & Canon Græcus attestatur, & Cyrillus dicit, quod Christus nobis corporaliter porrigitur, & in cæna datur, &c.

Sic enim dicit, Nos non negamus, & quæ sequuntur usque ad illud, Et loqui mur de præsentia vini corporis. Hæc illic, quæ consentiunt cum primæ Apologiæ verbis. Sed, Deum immortalem! quam multa hic dolo malo peccant vestri Theologi Concordiæ istius rapido, ô Principes & Ciuitates Protestantes, vos ipsi, vestram per salutem æternâ obsecro, aduertite atq; animo attēto considerate. In hac nouitia Decimi articuli declaratione multa illi vafre diſimulat, nō pauca infideliter variat, plurima frau dulentissimè omittunt quæ in vera primæ Apologiæ æditione exposita ad verā meis cū Catholicis hac super controuer-

fia,

sia, nō postrema quidē, sed post annū 31.  
 exorta concordiā efficaciter statuendā  
 faciant. Sic enim habet prima vestræ a-  
 pologiæ fol. Z. 4. editio, Decimus articu-  
 lus approbat⁹ est, in quo cōfitemur nos  
 sentire, quod in cæna Domini verè & *Verba prima*  
 substantialiter ad̄sint corpus & sanguis *Apologie cō-*  
 Christi, & verè exhibeantur cū illis re-  
 bus, quę videntur, panē & vino, his qui  
 Sacramentu accipiunt. hanc sententiam  
 constanter defendimus re diligenter in-  
 quisita & agitata. Cum enim Paulus di-  
 cat panē esse participationem Corporis  
 Domini &c. sequeretur panē nō esse par-  
 ticipationē Corporis, sed tantū spiritus  
 Christi, si nō adesset verè Corpus Do-  
 mini. & cōperimus non tantū Rom. Ec-  
 clesiā, affirmare corporalē præsentiam & olim do-  
 Christi: sed idem & nūc sentire, & olim cuerunt panis  
 sensisse Græcā Ecclesiam. Id enim atte-  
 statur Canon Missæ apud illos, in quo a-  
 perte orat sacerdos, vt mutato pane ip-  
 sum corpus Christi fiat. & Vulgarius  
 scriptor, vt nobis videtur, non stultus, probat testi-  
 disertè inquit panem non tantum figu-  
 ram esse, sed verè in carnem mutari.  
 Et longa sententia est Cyrilli in Iohan-  
 nem Capite X V. in qua docet Chri-  
 stum corporaliter nobis exhiberi in

## 129 QVERIM. ECCL. CATH.

cæna. Sic enim ait, non tamen negamus recta nos fide, charitateq; sincera Christo spiritualiter coniungi : Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundū carnem cum illo esse, id profectò per negamus, idque à diuinis scripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitanit Christum etiam sic vitem esse, nos verò palmites, qui vitam inde nobis acquirimus ? Audi Paulum dicentē, quia omnes vnum corpus sumus in Christo. quia etsi multi sumus, vnum tamen in eo sumus. Omnes enim uno pane participamus. An fortasse putas ignotam nobis mysticæ benedictionis virtutem esse ? quæ cum in nobis sit, nonne corporaliter quoque facit communicacione carnis Christi Christum in nobis habitare ? Et paulo post, vnde considerandum est, non habitudine solum, quæ per caritatem intelligitur, Christum in nobis esse; verum etiam participatione naturali &cæt. Hæc recitauimus, non ut hic disputationem de hac reinstituemus. Non enim improbat hunc articulum Cæs. Maiestas, sed ut clarius etiam perspicerent, quicunque ista legent, nos defendere receptam in tota Ecclesia sententiam, quod in cæna Domini verè

&amp;

## ORATIO I.

121

& substantialiter adsint Corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur cum his rebus quæ videntur pane, & vino.

Et loquimur de præsentia vini Christi. Scimus enim quod mors ei ultra nō dominabitur. Hūc in modum disertè fol.

Z. 4. in prima vestra legitur Apologia: quæ vna cum Confessione Augustana fuit & Latinè & Germanicè in lucem edita 4. forma V Vittenbergæ Anno 31.

per Georgium Rau. Hanc igitur cum nouitia vestra Apologia nunc in Codice Concordiæ simul edita candido, si placet, conferamus animo. Primum va-

*Collatio Apologiæ nouæ i.  
stius cum omnium prima.*

riant illa, vbi nunc dicunt, Decimum articulum non oppugnant aduersarij illic in prima vestræ Confess. Apologia di-

cunt, Decimus articolus *Que variant  
in istis Apolo* approbatus est. Si quis verò tam est vācors, qui nesciat gīs.

quid inter non oppugnare, & Approbare intersit, suo per nos licet fruatur iudicio, & pro leuiculo ducat; quod nos perlitter nunc pacis ergo dabimus. Tamen si non parui ad veritatem Historiæ videatur referre: cùm alia fuerit Catholicis meis causa illum Decimum articulum tunc approbandi potius, quam non oppugnandi: cùm & verbis disertis, & sententia liquida meæ congrueret Or-

H 5 tho-

thodoxæ doctrinæ, quod nunc in alijs  
vestris nouitijs apologijs aliter habet.

1. *Omittit noua Concordie Apologia quod disidentibus christi Ecclesias verum partem concordiam.*  
frauduléter omittunt vocē, quæ Catholicos meos & maiores vestros à nefarijs, vobisq; meritò ex osis Sacramentarijs liquidò distinguit. Vbi enim nūc recitat Theologi vestri, Quod in cena verè ad sint Corpus & sanguis Domini, omitunt illam primæ Apologiæ vocē substancialiter; qua vna disertè Sacrametarijene cantur, haud aliter atq; libanetide Serpentes. Posthæc, vbi nūc dicūt vestri Theologi, ut hactenus in Ecclesijs obseruatū fuit. Habet illa prima Apologia hunc in modū, hanc sententiā constanter defendimus re diligenter inquisita, & agitata.

2. *Hec mutantur in noua Concordie Apologia.*  
,, Vbi & plura contexuntur, quæ in edita nūc vestra Apologia desunt. ea nos subtexenda duximus, vt sacrilegia isthæc vestroru dolosoru I heologorū fraus toti orbi magis detegatur. Cū enim (addit illa prima) Paulus dicat panē esse participationē corporis Domini, &c. sequeretur panem non esse participationē corporis: sed tantū spiritus Christi, si non adesset verè Corpus Domini.

3. *Hec desunt in noua Concordie Apologia: quæ Sacramentarios neceabant in prima Apologia ex prof. 4.*  
Ad hæc superioribus subtexuit prima Confessionis vestræ Apologia, Et com-

perimus non tantam Rom. Eccle. affir-  
 mare corporalem præsentiam Christi : <sup>3.</sup>  
 sed idem & nunc sentire, & olim sensisse <sup>Item hæc do-</sup>  
 Græcorum Ecclesiam. post quæ verba <sup>sunt in noua</sup>  
 hic subtracta sequitur, quod nunc legi- <sup>Concordiæ A-</sup>  
 tur in isthac nouata cōcordiæ Apologia <sup>pologia: quæ</sup>  
 licet immutatū, Sicuti & Græcorū Cat- <sup>indubia fari.</sup>  
 non attestatur, cū sit in prima vestra A. <sup>ant Ecclesiæ.</sup>  
 rum concor-  
 pologia hoc modo, Id etiam testatur Ca <sup>diam.</sup>  
 non Missæ apud illos (Græcos) ne cōsen-  
 sus Latinorū & Græcorum de sacrifi- <sup>5.</sup>  
 cio missæ cuiquam subolesceret, omise-  
 runt vocē Missæ. Sed omissa sequentia <sup>Mutantur</sup>  
 verba grandioris sunt momēti ad sopiē- <sup>multa in no-</sup>  
 dam huius rei Sacramentariæ cōtrouer- <sup>ua Concordiæ</sup>  
 siā. Sic enim adverbū est in prima vestra <sup>Apologia.</sup>  
 Apologia. In quo (Canone Missæ Græ-  
 cæ) apertè orat sacerdos ut M V T A T O <sup>gia: que p̄e-</sup>  
 PANE ipsum Corpus Christi fiat. Audi <sup>sentia facilli-</sup>  
 tis ne, ô Principes, illud M V T A T O PANE? <sup>mē sopian</sup>  
 intelligitis ne fraudulēter hæc verba vo- <sup>Religionis dis-</sup>  
 bis subtracta? videtisne vel tandem dolo- <sup>Hæc fidei Ca</sup>  
 malo Theologos vestros vobiscū agere <sup>tholice robo-</sup>  
 in causa Sacrolanctę Religionis Christi- <sup>ra à cōsensu</sup>  
 anę? Sed sustinete paululū, obsecro; ma- <sup>Ecclesiarum</sup>  
 iora hæc omnia, & apertiora fient ex <sup>Christi Græcæ</sup>  
 subtexendis. Sequitur enim alia cōfir- <sup>ac Latinæ peti-</sup>  
 matio fidei Catholicorum de Transsub- <sup>ta dolosè dissi</sup>  
 stātiatione panis in S. Eucharistia in pri- <sup>mulant isti pa-</sup>  
 ma vestra Apologia. Sic enim fol. Z. 4. <sup>cis osores Ma-</sup>  
 theologi. <sup>legi.</sup>

7. *Omissa pluri-  
ma in noua  
Concordiae  
Apologia qua  
pristinam s.  
panis transub-  
stantiationem  
irrefragabili-  
ter statuant:  
que exitialiū  
istorum inter  
fratres disibi-  
orum patisi.  
ma ferē nunc  
est causa.*

legitur. Vulgarius (volunt dicere Bul-  
garius, qui & Theophylactus) scriptor,  
vt nobis videtur non stultus, diserte in-  
quit panem non tantum figuram esse :  
sed verè in carnem M V T A R I. Ecquid  
nunc vobis animi est, ô filij mei chariss.  
Principes & populorū Gubernatores?  
An non eadem fuit vestra tunc fides de  
S panis in mysterio S. Eucharistiæ trās-  
substantiatione, quam Catholici mei ha-  
ctenus magna constantiæ leude ubique  
obtinent? & toto profitentur per annos  
1500. concorditer orbe Christiano? Iam  
quæ vltierius ex D. Cyrillo recitat Con-  
cordiae vestræ Apologia noua, satis con-  
ueniunt cum prima. Nam quæ dissenti-  
unt, exigui sunt momenti. Cæterum il-  
lud non est silentio prætereūdum, quod

8. *Omissa pluri-  
ma in noua  
Concordiae A-  
pologia, que  
solidum Reli-  
gionis consen-  
sum miseræ  
Germaniæ  
post liminio  
restituant.  
O magna ve-  
ritatis vñ?*

post hæc D. Cyrilli verba dolo malo  
Theologi vestri in hac modò edita apo-  
logia omiserunt. Sic enim legitur in pri-  
ma vestra Apologia: Hæc recitauiimus  
non vthic disputationem de hac re iusti-  
tueremus. Non enim improbat hunc  
articulum Cæsarea Maiestas. sed vt cla-  
rius etiam perspicerent quicunque ista  
legent nos DEFENDER E RECEPTAM  
IN TOTA ECCLESIA SENTENTIAM,  
quod in cæna Domini VERE ET SVS-

STANZ

STANTIALITER adsint Corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur cum his rebus, quæ videntur pane & vino.

An non hæc, vos infælices seducti *Apostrophe*  
gregis mei Duces, & doctores, immo si *Ec. ad nouos*  
*Christo meo placet, Superintendentes?* *Protestatum*  
an non hæc, inquam, ita ad verbum uti *Quod superim*  
modò recitaui, vestra in prima leguntur *tendentes*  
*Apologia? si non leguntur, me falsi con* *Protestantum*  
uincite, arguite, supplicijs extremis de- *plurima con-*  
uouete. *tra suam agut*  
*conscientiam*

Sin leguntur, quod inficias ire nullus  
vestrum ausit, qua igitur mente audetis *fallant, & in*  
istam immutatam à vobis, vestrisq; ma- *errore sacri-*  
gistris, mutilatam, depravatam, adeoq; *lego detineant*  
liquido adulteratam imperitis homini- *Germaniae*  
bus pro vera & genuina obtrudere? qua *principes.*  
fronte audetis istam secundam pro pri-  
ma orbi venditare? Qua denique con-  
scientia Principibus Ro. Imperij & Ci-  
uitatum Gubernatoribus nō pudet pro  
germania commendare: quam ipsi vo-  
bis conscientis non esse germanam, ve-  
ram, sinceram?

Si quis vobis esset Dei metus, aut ge-  
hennæ illius æternæ timor, istane animo  
auderetis concipere? nedum tot locis af-  
firmare, vos cum doctrina Confessionis  
huius Augustanæ atque Apologizæ pri-

mæ

mæ hoc in Concordię opere illi additæ  
velle mori, & iudicio Christi apparere?

O deploratas vestras mentes! quæ  
contra sui conscientiam tam manifestè  
falsa nō veretur corā Christo Iudice car-  
diognosta eloqui! & coram eius spiritū,  
q̄ renū scrutator atq; testis ubiq; omni-  
bꝫ aſſiſtit, tā impudenter vana effutire!

Tuā verò doctor Heshusī, hic potiſſ.  
appello cōſcientiā, ſi qua tibi fortè ſuper-  
eſt reliqua, an non tibi notū certū atq; li-  
quidū eſt Apologiā veſtrā hoc in Cōcor-  
dię opere hīmul editā eſſe deprauatā &  
adulteratā? meministine qđ ante aliquot  
annos circiter 10. aut 12. contra Caluinū  
& Bezā ſcripſisti libel. &. forma edito. v-  
bi ſub finē multa quiritatus diſertè fate-  
riſ non bono, inquis, conſilio priuatim  
factam eſſe decimi illius articuli immuta-  
tionē, in quo dicitur, Quod ſub ſpecie pa-  
nis: datur corpus Domini, addens iſtud  
in generali potius cōuentu faciendū fu-  
iſſe. An ergo diffiteri queas hanc in con-  
cordię libro editam Aug. Confessionis  
Apologiā non eſſe verā? non eſſe primā?

Sed hac de re vos videritis, quando cō-  
cepta iſtiuſ ſtudij cōtraveritatē adeò ma-  
nifestā pugnādi penitētia (q̄ vobis deus  
lāgiatur, ppitius) ſatis ſobrijad mēntē  
redieritis. Mihi verò ad Principes veſtris  
frau-

*Heshusio non  
ignota hæc  
fraudulenta  
primæ apolo-  
glie mutatio  
& depraua-  
tio: de qua li-  
bel. contra  
Cal. & Bezā  
pridē quirita-  
batur: quod  
nunc memi-  
niſſe menda-  
cem oportuit.*

Fraudibus delusos, ne manifestis dicam  
mendacijs deceptos redeat Oratio.

Ita quidē fuere, ô mei Principes et Ci-  
uitatū optimates, in prima vestra Cōfes-  
sionis Augustanę Apologia, à qua quot-  
nā partib' noua ista vestra in Cōcordiæ  
Tomo Theologorū vestrorū dolo edi-  
ta sit varia, quot verbis sacrilegè mutila-  
ta, quot deniq; sentētijs verē concordiæ  
cōciliatorijs irrecōciliabiliter dissētanea  
nullo nūc licet negotio dijudicare. Vide-  
tis ipsi quā multa noui Theologi vestri  
Protest. isti cōcordiæ authores & dolosi  
Architecti dolo malo dissimularint, oc-  
cultarint, mutilarint, vnde facilē inter-  
nos de grauissimis fidei nostrę Christia-  
nę capitib' nūc cōtrouersis cōueniat, mo-  
dò verbis & doctrinis hac vestrā cōcor-  
dia expressis vos met ipsi velitis stare. Si  
Theologi vestri hac grauissima, imo exi-  
tiali sūt vñi fraude in certissimā cū vestri  
ipsorū, tū lugēdē ac verē inf. licis posteri-  
tatis, vestrēq; soboliso īm charissimę per-  
niciē hac in causa tā liquida, qd eos alibi  
facere cēlebitis in reb' min' manifestis? CAP. 7.

Verbo Dei ergo, imo vestræ ipsimet Prophano suo  
Confessioni pro Euangelio Auguste Ca pani affingunt  
rolo V. August. exhibitæ vt nunc im- Protestātes cor  
piè panē adixitis (quem nec fides a pus Christi: cū  
gnoscit Christiana, nec vestra prima iō, nisi à Sacer  
olim

*dote: quē vix olim initiō admisit Confessio Augu-*  
*inter ipsos re-*  
*perias nunc*  
*temporis.*

*D. Hieron.*

*Hebr. 5.*

olim initiō admisit Confessio Augu-  
 stana huic Concordiae operi authenti-  
 cē intexta , sicuti & prima illa disertis  
 verbis exclusit Apologia ) ita pani ve-  
 stro, quem in semipaganis vestris Cenis  
 misellæ plebeculæ proponitis, Corpus  
 Domini mei admodum impiè affingi-  
 tis. Nullus enim Christianorum fatea-  
 tur in S. Eucharistia Corpus esse Domi-  
 ni nisi per diuinam Spiritus sancti opera-  
 tionem : qua Christus Dominus ore sui  
 Sacerdotis nobis suum in S mysterijs ef-  
 ficit corpus. Non est ergo in S. Euchari-  
 stia corp' Domini nisi à sacerdote Chri-  
 stiano fuerit consecratā. Sacerdotis autē  
 officium nemo præstare potest, nisi sa-  
 cris Ecclesiæ Christi ordinibus sit Apo-  
 stolico ritu per Episcopum consecratus.  
 Tales autem vos non habere , lippis &  
 tōforibus est notissimum, sed de triuio,  
 immo de pistriño & tonstrino allectos  
 prophana Laici huius vel illius Superin-  
 tendentis manu non consecratos, sed ex-  
 seratos , impiatos , prophanatos ac ma-  
 ledictioni æternę deuotos. Siquidem ne-  
 mo sibi sumit honorem sacerdotis, nisi  
 vocatus ut Aaron. hinc melius omniū  
 sapiunt vestrates Norimbergen. quos  
 studio nullum admittere suę Dathanice,  
 ac

ac nouæ superstitionis ministrum, nisi in Catholica mea ordinatus & consecratus fuerit sacerdos; cui cum Apostolis Christi ore dictum sit, hoc facite in mei commemorationem: Nemo enim adeo insaniat, opinor, ut aliquem Christi affectat sacerdotem, qui hoc dignitatis plus quam angelicæ aut naturaliter, aut imaginariè sit consequutus, & non legitimè ordinatus, aut Apostolicè consecratus. Hanc vnam esse causarum haud postremam cur Magistratus Nurinbergensis nobile in primis vestrorum ordinum Protestantium membrum istam bellam vestram Concordiam nec ipse approbare, nedum assumere, nec suos ministros subscribere voluerunt, nemo, qui sapiat, iuerit inficias: Quæ autem aliæ fuerint, huius non est loci inuestigare.

Cæterū illud notum nouoru<sup>m</sup> Theo- CAP. 8.  
logorum vestrorum idolum vbiiquita- Quod noui  
rium, quo impiè ac nouè contra Con- Protestantes  
fessionem Augustan. vobis nunc singūt veteri Cœfessi  
corpus Domini vbiique locorum præ- oni Augustan  
sens, plurimis Protestantium displicere na & commi  
dubium fieri nequit. execranda enim ni fidei suum  
sua impietate omnes piorum omnium exsecrandum  
aures contaminat, imò horribiliter ex- Vbiquitaris  
cruciat, cùm audiunt eos cum damnific- idolum affinatum  
gunt.

I tis-

tissimis semp<sup>t</sup> Eutychianis docere Corpus Domini non minus esse in fæno, auena & palea, in ligno & lapide: quam in pistorio vestræ Cænæ pane. Quod si verū est, non minus verè ac realiter est in Prophano adhuc vestrorum Mysteriorum pane antè, quam post verba Evangelica vestris à ministris cantillata. Hoc si quis vestrum audet affirmare, quis vestras cæcas non deploret mentes tam manifesto istorum, uti D<sup>r</sup>. Paulus appellat, Phrenopatōn ( quos mentium deceptores dixeris ) fascino incantatas, ac miserè admodum delusas, ne dicam dementatas? Quis enim, cui animus istis verborum præstigijs non est præstrictus, manifestè non videat quam miserum, ac verè inane vobis singant nouisti Theologi vestri vestra in cæna Corpus Domini, quod nō minus equi vestri edunt vestra in auena, quam vos ipsi vestra in cæna, immò canes vestri ( sit venia dicto ) non minus vorant vestra in culina, quam vos in nouitia vestra pijs maioribus omnibus ignota, Deoq; exosa popina?

Sed exsecrabile hoc extremæ imperitiæ, ne summæ dicam in Christum blasphemiarum segmentū quam verbo Dei ac

*Si ubiq; semper est, est igitur in Prostantibus ante ipsorum cænā.  
Quorsū quod habent, capiunt?  
Gal. 3.*

sacro-sanctis Oecumenicis à vobis met  
hoc in Concordiæ opere probatis repu-  
gnat Concilijs, attento, vos vestram per  
salutem obsecro, animo attendite. Chri-  
stum in sepulchro requiri tibus pijs illis  
de Euangeliō mulieribus Dei angelus *Marc. 16.*  
diserte respondet. Nō est hic, procul du- *Vbiq[ue]itatem*  
bio secundum corpus: qualiter require- *repugnare*  
bant illę. Quod si est ubique locoru vna *Verbo Dei &c.*  
cum eius diuinitate diffusum, vt iasseri- *SS. Concilijs,*  
tis, non verè angelus negasset illic esse *qua Protes[t]a-*  
*tes suscipiunt:*  
Christi Corpus, vbi procul dubio eius  
erat diuinitas. Sic die Ascensionis duo  
illi angeli Apostolis testatur corpus Dō *Act. 1.*  
mini in cælos auctum, vnde & iuxta fi-  
dei nostræ confessionem veniet iudica-  
re. Sed stolidè iuxta ac impiè illud fieri  
sibi noui vestri imaginantur Theologi  
veteris meæ Theologijæ non satis peri-  
ti: quasi corpus Christi eas nactum sit  
proprietas, quas alma illa & ineffabi-  
lis habet Christi Domini deitas. Illi qui-  
dem immortalitatem dedit, sed naturā  
non substulit. Cæterum quam illi vos,  
immò se ipsi fallant misere, uno hic li-  
bet D. Augustini, cui vos fidem habe-  
re iactitatis, declarare testimonio. Is  
hic super quæstione, An Christus sit  
ubique, à Dardano consultus, hisce

D. Augusti.  
nus epist. 57.  
ad Dardanū  
impios istos  
prostigat Vbi-  
quitarios.

illi respondet verbis, illud lætissimum  
Latroni promissum, hodie mecum eris  
in paradiſo, explicans, Homo quippe  
Christus, inquit epistola ad Dardanum  
57. illo die secundum carnem in sepul-  
chro, secundum animam in inferno fu-  
turus erat. Deus verò idem ipse Christ<sup>s</sup>  
vbique semper est. Est enim lux, & quæ  
sequuntur. Cùm enim sit Christus De-  
us & homo, (addit post paucula) vtrū-  
que in illo obseruandū est, cùm loqui-  
tur, vel cum de illo scriptura loquitur,  
& quod secundum quid intuendum.  
Nam sicut unus Homo est anima ratio-  
nalis & caro: sic & unus Christus est ver-  
bum & Homo.

Proinde quod ad verbū attinet, cræ-  
tor est Christus. omnia enim per ipsum  
facta sunt. Quod verò ad Hominem,  
creatura est Christus, factus est enim ex  
semine Dauid secundum carnem. & po-  
steā, Noli itaque dubitare ibi nunc esse  
Hominem Christum Iesum, vnde ven-  
turus est, memoriterque recole & fide-  
liter tene Christianam Confessionem,  
quoniam resurrexit à mortuis, ascendit  
in cœlum, sed et ad dexteram Patris: nec  
aliunde, quam indè venturus est ad vi-  
uos mortuosque iudicandos. Et sic ven-

tua

eturus est, illa angelica voce testante, quē  
admodum ire visus est in cælum; id est  
in eadem carnis forma atque substantia;  
cui profectò immortalitatem dedit, na-  
turam non abstulit. Secundum hanc  
formam non est putandus ubique diffu-  
sus. Cauendum est enim, ne ita diuinita-  
tem adstruamus Hominis, ut veritatem  
corporis auferamus. Non est autem con-  
sequens, vt quod in Deo est, ita sit ubiq;  
vt Deus. Nam & de nobis verissima scri-  
ptura dicit, quod in illo vivimus, moue-  
mur & sumus; nec tamen sicut ille, ubiq;  
sumus, sed aliter homo ille in Deo, quo-  
niam aliter & Deus ille in homine, pro-  
prio quodam & singulari modo. Vna e-  
nim persona Deus & Homo est, & vtrū-  
que est unus Christus Iesus, ubique per  
id quod Deus est: in cælo autem per id  
quod Homo. Quibus ex aureis D. Au-  
relij August. verbis pio ac veritatis stu-  
dioso lectori solis luce est manifestius  
quantā noui isti Protestantium Theolo-  
gi præclaræ huius concordiæ Archi-  
tecti veræ ac veteris Theologiæ Chri-  
stianæ laborent imperitia, fædaq; igno-  
rantia, qui naturarum in Dom. Christo  
nequeunt distinguere proprietates: sed  
a se docti, ac ideo suo raptati vertiginis

1 3 spiri-

spiritu corpus humanum diuinis teme-  
*Vbiq*uitas *im* rē perinde ac stolidē contra Dei oracula  
 peritorum *isto* conantur dotibus exornare. Hoc enim  
*rum nouorum* dum impij moliuntur, in abominādā  
*Theologorūfi-* sese dant miseri præcipites naturarum  
*lia, monstrum* duarum in Dom. Christo permisio-  
*que horrendū,* nēm, aut Eutychianam confusōnem.  
*ingens.*

Nunc igitur videte, vos vestram per sa-  
 lūtem eternam obsecro, Principes & po-  
 pulorum gubernatores, quam indignè  
 vestris abutantur ingenij; quos tanto-  
 rum mysteriorum norunt minus æquo  
 peritos, aut in hac grauiſſima S. Theo-  
 logiæ quæſtione parum versatos. Prodi-  
 gioſa, & Christianis auribus ſemper in-  
 audita iſthæc ſacro ſancti corporis Chri-  
*Vbiq*uitatem ſti vbiquitas nusquam inueniat locum,  
*repugnare* modò vos vestris fidem habetis symbo-  
*Symbolis à* lis vestro hoc in Concordiæ opere ap-  
*Protestantib* probatis, immo pro fidei fundamento  
*fusceptis.* stratis. In Athanasiō enim profitemi-  
 ni vos credere Do. Christum Patre mi-  
 norem eſſe ſecundum Humanitatem,  
 ſive naturam hominis aſſumtam. At ſi  
 iuxta nouum aliquot Theologorum ve-  
 ſtrorum commentum eſt humanum  
 Chriſti Do. corpus vbiq; iam non eſt  
 Patre Chriſtus ſecundum corpus minor:  
 ſed æqualis: cū vbiquitas ſoliſ diuini-  
 tatis

tatis sit propria, quæ humano corpori  
communicari nequit, nisi mutata, & ali-  
am in substantiam transformata huma-  
næ essentiæ natura. Hęc enim in sua for-  
ma verè non potest existere, nisi & suo  
corpori humano etiam locus sit, quo cō-  
tineatur, alioqui cum impijs Manichæis  
fiet imaginarium, & cum sacrilegis Eu-  
tychianis fiet horrenda illa & exsecra-  
da duarum in Christo naturarum com-  
mixtio: quam Synodus Oecumenica il-  
la Chalcedonen. iusto Anathemate iam  
olim censuit damnandam: A qua impie-  
tate sacrilega vestri aliquot Theologi  
quam parum abhorreant, proiecta re-  
cens in orbem loquuntur scripta nō mi-  
nus impia, quam Catholicis meis, imd  
vestris adeò Protestantibus senioribus,  
atq; multò dōctoribus dirum in modū  
exsecranda. Cū igitur Christus Do. secū  
dum hominem creatura sit, nec eius na-  
tura est per resurrectionem immutata,  
non potest vbiique eius esse Corpus pre-  
sens, quod, obstante humana sua natura,  
non potest vbiique esse diffusum: sicuti  
eius diuinitas vbiq; diffunditur. Impru-  
denter igitur (quod caudum monet D.  
Augustinus) vestri repentini Theologi  
ita diuinitatē astruunt Domini Christi,

vt corporis eius auferant veritatē: quod  
cū sua obstante natura non nisi in loco  
sit, vbiique esse non possit. Ex liquidis  
illis verbi Dei sententijs & luculento D.  
August. ( vt cæteros breuitatis causa  
nuncomittam PP. Orthodoxos ) luce  
meridiana liquet clarius, verum Christi  
Domini corpus nec vbiique esse, neque  
vbiique locorum esse posse; modò verū,  
& humanum, & non imaginarium cre-  
dimus ei post resurrectionem esse cor-  
pus; cui immortalitatē dedit, naturam  
non abstulit. Qui ergo, stante corporis  
humani veritate, illud vbiique sibi con-  
tra vestram Augustanam Confessionē  
temerè fingunt, aut irreligiosè contra  
Dei verbum imaginantur, in blasphemum  
impingūt damnatissimi Entychetis  
dogma, vt vt verbis illud detestari lo-  
cis aliquot Concordiæ huius imperitis  
videantur. Ille namque impio suo deli-  
rio ad euertendam nefarij Nestorij blas-  
phemiam duas in Christo permiscebatur  
naturas, quo vtrique ascribatur alterius  
proprietas, vt vbiicumque esset eius  
deitas, etiam eius ibidem esset Humanitas,  
quod nouitij vestri Theologi à no-  
uo Eutychetæ Iohan. Brentio suo sedu-  
cti ad profligandos sacrilegos istos Sa-  
men-

eramentarios communes hostes stolidam  
quadam Cacozelia conantur æmulari.

Impium istum errorem Orthodoxi no  
stri PP. in Concilio Chalcedon. diser-  
tis verbis damnarunt, atque Anathema-  
te profligarunt. Confirmatis enim Cō-  
ciliorum Niçæni, Constantinopolitani  
& Ephesini decretis hunc in modū PP.

*Error ubique  
natus in Con-  
cilio Chalce-  
don. Act. V.  
in definitione  
fidei.*

630 . Chalcedone congregati definie-  
runt. Ad cognoscendam quidem cōfir-  
mandāmq; perfectissimè pietatem &c.

Beatissimos ergo sequendo Patres vnū  
& eundem filium confiteri Dom. Ie-  
sum Christum concordantibus omnib;  
institutionibus docemus eundem in dei-  
tate perfectum, eundem in humanatio-  
ne perfectum , Deum verè & verè Ho-  
minem &c. vnum & eundem Christum  
Iesum filium, Dominum, vnigenitum :  
quem in duabus naturis inconfuse, incō  
mutabiliter, indiuise atque inseparabili-  
ter omnes agnoscamus, nunquam sub-  
lata differentia naturarum propter uni-  
tionem: sed potius vtriusq; naturæ pro-  
prietate seruata, & in vnam concurren-  
te personam, non in duas deductum, di-  
uisum ve personas, sed vnum & eundē  
filium vnigenitum, Deum verbum, Do-  
minum Iesum Christum, sicuti nos ab ei<sup>o</sup> diuinitati,

*Differentia  
naturarum in  
christo num-  
quam tollitur.  
non potest igi-  
tur humani-  
tas æqualis  
esse per omnia  
ei<sup>o</sup> diuinitati.*

## 138 QVERIM. ECCL. CATH.

*Quid ad hæc  
Vbi quitarij?*  
 initio prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus instituit & paternum nobis tradidit symbolum. His igitur à nobis vindique cum omni deliberatione ac diligētia pariter ordinatis, decreuit sancta atque vniuersalis hæc synodus aliam fidē nemini licere proferre siue conscribere, aut exponere vel sentire, vel aliter tradere.

*A protestan-  
tium Saxonū  
preiudicio Sy-  
nodico anno  
71. Dresdæ.*  
 Sic igitur tota obtinet hactenus Catholica Christi Ecclesia Conciliū Calcedonē. imitata; & si verū Saxones scribunt, Synodus vestra Saxonica nouen-nium ante hanc vestram Concordiam Dresdæ 10. Octob. habita. vbi vniuersi-tuarū, Illust. Dux Augu. Academiarum & Ecclesiarum, & trium Consistoriorū Protestantes, omnesq; Superintendētes, & singuli qui docent in Prouinciarum tuarum Ecclesijs, hanc in doctrinam vnanimiter consenserunt.

*Profanum &  
peregrinum  
Vbi quitatis  
idolum profi-*

*gant Prote-  
stantes Saxo-  
nes anno 71.  
sua in Synodo  
Dresdēsi vbi  
& damna:ū*

Sic enim habet illius Synodi inscrip-tio anno 72. V Vittenbergæ apud Ioh. Luft impressa.

Inter cætera suæ fidei de Cæna domi-ni, & articulis, inquiunt, horum tempo-rū controuersis capita, illic vnamini om-nium consensu ann. 71. definitum pro-fentur, doctrinā istius Vbi quitatis sem-per

per fuisse Orthodoxis patribus incogni *tamquam Hæreticum, & Lutheri Euāgelio contrarium.*  
 tā, imò & à Luthero damnatam: quā in rem varia eius recitant fol. C. 4. B ex To  
 mo V Vittenberg. 12. fol. 205. & aliunde manifestissima testima*Fol. D. 3. B.*  
 nia: quib⁹ degene*Fol. D. 3. A.*  
 res istos nouos Protestatiū theologos,  
 licet inter se hac etiā super doctrina dis-  
 sentientes, falsitatis cōuincunt. Addunt  
 ijdē, Dux Auguste, vniuersi tui Superin-  
 tendentes, vniuersi tui Academiarum  
 tuarū Lipsen. & V vittēb. professores do-  
 ctrinā hāc Vbiquitariā, superphysica, &  
 imaginaria, imò aiūt illi cōmenticia, ver-  
 boq; Dei cōtraria in ipsis naturis cōmu-  
 nicatione fundatā ingēs Chaos impiarū  
 prophanationū inuehere, adeoq; articu-  
 li de duab⁹ in Christo naturis deprauati-  
 onē cōtinere. Adhęc noua isthac vbiqui-  
 tatis doctrina renouari cōtra Dei Eccle-  
 siam dānatissimas Arrhianorū, inquiūt  
 fol. D. 2. Sabellianorū, Eutychianorū & *Fol. D. 2.*  
 Monothelitarū H̄ereses, blasphemosq;  
 in Christū errores. His alijsq; de causis  
 tandem celeberrimi illi tota Saxonia viri  
 definiunt se se suo suffragio non posse i-  
 stā Vbiquitiorū aliquot inter se quo- *Fol. D. 3. B.*  
 que dissidentiū doctrinā approbare, qā  
 & dei verbo & vniuersali orthodoxorū  
 Patrū consensui, imò & Lutheri sui do-  
 ctrinæ aduersatur. *Quin.*

*Fulmen hor-  
rendum Syno-  
di Protestan-  
tium in Vbi  
quitarios Hæ-  
reticos.*

*Quod omnes  
Professores et  
Superintenden-  
tes Saxones  
anno 71. dam-  
narunt in Sy-  
nodo, nunc no-  
docentes ante nouennium anno videli-  
ui Protestan-  
tium Theolo-  
gi pro vero ap-  
probant Euau-  
geliu.*

*Vbiquitarios  
degeneres esse  
Lutheranos,  
qui suo Luthe-  
re pugnantia  
docent.*

*Fol. C. 4.B.*

*Fol. D.5.*

Quinimo suum tandem Synodicum promunt fulmen, sese omnes, inquiunt fol. vltimo, secus, quam ex suo dum Lutherò, & liquida orthodoxæ ostenderunt Ecclesiæ consensione, docētes improbare: nimirum quia renouant damnatissimas Eutychianorum Hæreses.

Si hos igitur nouæ Vbiquitatis magistrorum vniuersi tui, Illustrissime Dux Auguste, Academiarum tuarum professores, vniuersi Ecclesiarum tuarū Superintendentes, & singuli tuis in regionibꝫ docentes ante nouennium anno videlicet LXXI. suo sese suffragio negant posse approbare; immò dilertis verbis testantur sese illos improbare, atque veluti Hæreſeos Eutychianæ nouatores damnare: quanam ratione tibi persuad eas, obsecro, quosdam iporum & Superintendentes, & professores, & pastores nuncdemum tibi veritatem post annos nouem exposuisse apostolicam; doctrinamque nunc tandem anno 80: ita subito aperuisse Euangelicam? An modò sui Lutheri sunt oblit, quem illic ex Tomo 12. Vittenbergen. fol. 205. recitarunt? An consensus ille præclarus Orthodoxorum Patrum, totiusque adeò Ecclesiæ

siæ Orthodoxæ, quem tantopere illic  
prædicant, memoria tota excidit? an mé  
te capti non meminere prophanam &  
peregrinam, quod tunc asserebant, esse  
Vbiquitariorum doctrinam; quam Lu-  
therus tam diserte docet vitandā & pre-  
cidendam? An sui prorsus immemores  
nūc suæ manus subscriptione priuatim  
audent profiteri, quod in iactata illa tua  
Synodo Dresdeni anno. 71. 10. Octo-  
bris tam vñanimi, vt in libelli frontispici-  
cio iactitant, consensu fuit ab vniuersis  
& singulis Synodaliter definitum? Vi-  
des ergo Illustris. Dux Auguste, tuos &  
Superintendentes, & Professores & Ec-  
clesiarum doctores te se felisse aut in Sy-  
nodo Dresdeni anno 71. celebrata: aut  
in opere isto Concordiæ anno 80. tu-  
multuariè, doloque malo & sophisticè  
accumulatō.

Sed quia prius quod verum est, ori-  
tur; Deinde falso corrumpitur & depra-  
uatur, Concordia vestra anno 80. in lu-  
cem dolose protracta de veritate meri-  
tò est suspecta: quod & plurimi profiten-  
tur, qui nondum induci potuere, vt in i-  
stam impiam Vbiquitatis doctrinam cō-  
sentirent, quippe quæ nouum & hacte-  
nus inauditum antiquæ fidei Christia-

*Dilemma no-  
tum Protestan-  
tium Theolo-  
gicos manifesta-  
tum. fraudis atque  
impiæ liquidō  
conuincit fab-  
ritatis.*

næ admodum stolidè, imò impiè adsuet  
ret articulum.

*CAP. 9.* Sed nunc ad cætera vestra nouatæ si.  
*Quod Baptisa* dei impia auctoraria transeat oratio.

*tus Protestan-* Pari prorsus impietate sacro sancto  
*tes contra Dei* Baptismo Christiano vestrum affingi-  
*verbum affin-* gunt peccatum; quum vera & Apostoli-  
*in anima per-* ca Christi fides temper docuerit in S. Ba-  
*fistens.* ptismo peccatum omne ablui, aboleri,  
tolli; & ita prorsus deleri, vt non sit.

*i. Cor. 6.* Verè namquam D. Paulus Corinthijs  
meis & renatis in Christo ad vnum om-  
nibus illum gratulatorium accinit hym-  
num, fuistis quidem fornicarij, adulteri,  
molles, auar, fures, ebrios, atque ra-  
paces: sed abluti estis, sed sanctificati e-  
stis; sed iustificati estis in nomine Domi-  
ni nostri Iesu Christi & in spiritu Dei  
nostrí.

*D. Hiero. con-* Si hæc fuerant, non igitur iam erant  
*tra Pelag.* fures, non raptores, non adulteri, non  
iam denique iniqui, aut iniusti: quibus  
Christus suo sanguine ablutis omnem  
peccatorum culpam remiserat, maculas  
eluerat, reatum omnem semel condo-  
nauerat, peccatum vniuersum eliminarat,  
eradicarat, extirparat. Nihil enim dam-  
nationis nunc est ijs, qui sunt in Christo  
Iesu, qui non secundum carnem ambu-  
lant

*Ebes. 5.*

*Apocal. 1.*

*Rom. 3.*

lant, sed eius spiritu facta carnis mortificant, eiusq; impuris minimè obediūt cupiditatibus, ita vt non regnet peccatum in eis, hi namque donata Christi iustitia, eiusq; spiritus cælestis cōmunione verè sunt iusti: et si nō perfectè, tamē verè iusti, ita vt in eis recens baptisatis *Iohan. 13.* nihil sit, quod possit Dei iustitia condonare. Qui enim lotus est, ait veri- *D. Hiero. cō-*  
*tatis magister Christus, non opus habet tra Pelag.,*  
vt lauetur, sed est mundus totus.

Sì quidem fide in Christum iustifica-  
ti, sacramento Christi à peccatis expur-  
gati, denique Spiritu Christi sanctificati  
sunt iam facti filij Dei, conformes ima-  
ginis filij eius. Si filij, ergo & diuino *Rom. 8.*  
illo Christi spiritu, qui non habitat in *Act. 15.*  
corpore peccatis subdito, prædicti: vnde  
& Hæredes Dei & Cohæredes Christi. *Gala. 4.*  
Istum in modum in cælestia Dom. Chri *Roma. 8.*  
sti sacramenta, immò in pretiosissimum  
eius sanguinem per illa nos emundan-  
tem & sanctificantē iniurios fuisse adeò *CAP. 10.*  
nō pænitet, vt & in Christū ipsum audea *quod verbo*  
tis irreligiosam cōsingere contumeliā. *Dei Protestā-*  
*tes impie ad-*

Illam enim hic dissimulare diutius  
nequeo iniuriam, dicā, an cōtumeliā, an *dūt, quādo, ut*  
*pro se oret, in-*  
potius irreligiosam blasphemiam? qua uocant Chri-  
Christū Dominū Deum nostrum irre- *stū: quod nuf-*  
ueren. *quā legitur,*

uerētia summa in ordinem Sanctorum imprudentes redigitis, quando eum inuocantes cantillatis, Eia ergo aduocate noster ora pro nobis Deum! Quænam isthæc quæso, vestra est temeritas? quænam, obsecro, inaudita isthæc à Christianorum memoria in Dom. Deum Christum irreligiositas? An vllum istius inuocationis in verbo Dei reperitis testimoniū? an vllum Orthodoxorum Patrum huius faciundi vobis est exemplum? An non potius ex Nestorianismo quodam istud est vobis ortum? Sed hoc alibi veniet discutiendum copiosius. In præsentiarum voluit tantum irreligiosæ vestre vos admonere inuocationis; quia certa cum Christi Domini contumelia

*Ex absurdo et Prophano, quod iudicem omnium faciunt reorum supplicem Clientulum.* est coniuncta. Iudex enim viuorum & mortuorum cùm sit à Deo Patre constitutus, non potest citra suæ dignitatis injuriam ad inferiores supplicantis clientuli partes à vobis detrahi, aut deturbari potius, sine verbi Dei testimonio. Vbinam Scripturarum, quæso, illud reperiatur Canticum, quod vestra ex doctrina noua profectum tota Germania in Christum reboat blasphemæ? Eia ergo aduocate noster clementissimè ora pro nobis Deum! quo modo existat impressum

sum in nouis Agendis Laicarum Ec- *Vide Agendas*  
 clesiarum Saxoniz, Brandenburg. & a- *Saxonum, et*  
 lijs. Verum quanta istud Canticum ve- *aliorum. Ca-*  
 strum, ô vos Protestantes, scateat irre- *techis. Luthe-*  
 ligiositate, attenti, obsecro, considerem<sup>o</sup>. *ri Græcū La-*  
 Qui Christum ad dexteram Dei seden- *tinum, interiu-*  
 tem inuocat, vt pro se Patrem oret, eum *ans Supplica-*  
 non recognitat semistupidus esse à Deo *torsis prono-*  
*Ab officio*  
 Patre constitutum viuorum & mortuo *Christi & iu-*  
 rum iudicem. Non est autem tanti ac tā dicaria eius  
 eximij iudicis, qui ad dexteram Maiesta *in omnes pote-*  
 tis Dei sedet in gloria Dei Patris, sese al- *state.*  
 teri supplicem præbere: sed suo pro offi- *Iohann. 5:*  
 cio reis ius dicere capitale. Omne autem  
 iudicium pater dedit filio: immo Pater om-  
 nia dedit in manu eius; ita vt Pater mo-  
 dò non iudicet quenquam; sed solus fi-  
 lius. Hoc singulare iudicis Christi of-  
 ficiū, verumq; priuilegiū & prærogati-  
 uū magna cum primis afficitur iniuria &  
 graui leditur contumelia, quādo ei, cu-  
 ius est reos vniuersos iudicare, personā  
 supplicantis pro reis clientulis affingitis.  
 Non potest igitur Christo iudici vniuer-  
 forum, tam Hominum, quam Angelorūm,  
 talis citra atrocem donatæ ipsi à Pa-  
 tre dignitatis contumeliam tribui ora-  
 tio, Christe aduocate noster ora pro no-  
 bis! Hoc enim supplicis, vel pro alijs o-

K ran-

rantis officium persona Christi vniuersorum iudicis est indignum: immo cum iudicaria potestate Christo à Deo Patre in peccatores donata pugnat. Non enim deceat iudicem, qui omnia in mensua habet potestate, ac suo vnius pro arbitrio de diuinarum legum transgressoribus debet decernere, alteri pro suis reis absoluendis, aut in gratiam recipiendis supplicem fieri, nedum pro eis quemquam suppliciter orare.

## CAP. II.

*Quod pijs vbi que omnibus semper ista Christi inuo catio fuit ignota et Ecclesiae iniustata.*

*Vide Apolo geticum Lindani. Origo eius ex vera Christi ignorantia: qua Lutherus laborauit.*

Vnde hæc nouitia oratio semper Christianis vbiq; omnibus ignota fuit, neque potest ea, quod dixi, aut verbi Dei doctrina statui, aut idoneis orthodoxorum P.P. testimonij comprobari. Sed vt nouator vester Lutherus piam SS. invocationem paulatim tolleret (licet alicubi, vt varium decuit Cameleontem, eam) probare verbis fuerit visus) fictitiam hanc orationem, &, vt meus appellat Paulus, ἐθελοθρητικέαν, voluntarium & commenticium Dei cultum, in vestras inuexit Ecclesiás. Qui si D. Chri stum mecum recte satis ac plenè iuxta Dei verbum habuisset sibi cognitum, irreligiosam istam nunquam in Christianorum Ecclesiás mystagogus temerarius introduxisset orationem. Si quidem ea

Ne-

Nestorianismum plus satis sapere à doctis & pijs rectè conuincitur: quia cælestem dignitatem Christo Iesu tanquam homini post ascensionem à Deo Patre datam sacrilegè imminuit. Cum enim Homo Christus hanc omnia cum gubernādi, tum iudicandi acceperit à Deo Patre potestatem, eam non potest nead tempus quidem deponere: multo minus ab Hominibus ei derogari, nisi ratione aliqua ex sacrilegis impij Nestorij sophismatibus ducta. Is enim ut distinguebat impius in Christo cum duabus naturis duas item personas: ita & officia eius diuersa in diuersis vocabulis voluit distinguenda. Vnde sicut impie negabat B. Virginem appellandam θεά τόκον, Deigenitricē: ita χριστόκον Chri- sti genitricem dicendam contendebat. *Ortam e se ex Nestorij in Christum blasphemis nouitiam Christi Do invocatio p̄pis oret.*

Hoc ex fonte infernali isthac fluxit vestra oratio, qua Christum non rectè inuocatis, ut pro vobis patrem oret: quem Deus Pater vobis constituit iudicem, vestræque salutis arbitrum singularem.

Porrò Lutherus vester ipse inficiari non potuit lete hoc dogma Nestorij satisfactis cognouisse, vt qui hoc Concilium Ephesinum, inquit libro de Concilijs,

148 QVERIM. ECCL. CATH.  
nondum intelligebat. hinc suo ad He-  
bræos Comment. diserte negat Chri-  
stum esse hominem omnipotenteim.

Rursus concione Dominicę post E-  
piphaniā audebat blasphemare Christū  
hominem ab initio Conceptionis non  
fuisse plenum gratia: sed cum tempore  
ait accreuiisse illi gratias Dei.

Hoc ex venenato fonte videritis vos  
ð mei Principes & Ciuitatum Guberna-  
tores, an non illa defluxerint loca, qui-  
bus Lutherus, conuertendis, vultis di-  
cam, an peruerterendis, sacro sanctum Del-  
verbum inter cætera hic non com-  
moranda deprauauit. vt Eſa. 7. vbi pro  
Deus fortis, reddidit cū Aquila, Symma-  
cho, Theodotione, alijsq; Iudaizantib;  
Lutherus Iudaizans, Ein Son/ Rath/  
Krafft/ Held/ Gygas, Heros & vir inui-  
ctus, veritus, vt meus ait Hiero. cum il-  
lis Iudaizantibus puer Emanueli deita-  
tem tribuere, quam tamen veteres om-  
nes Iudæi & LXXII. illi propheticæ ac  
eruditissimi omnium interpretes, & alij  
ei tribuerūt. Sic Psal. 8. minuisti eum pau-  
lo minus ab Angelis, Lutherus Iudaizas  
expressit deprauata nouitorum Iudeo-  
rum exemplaria sequutus, Du wirst in  
lassen ein kleine zeit von Gott verlassen  
sest.

Loca scriptu-  
rarum à Lu-  
thero contra  
diuinā Chri-  
sti Do. Maie-  
statem adulte-  
rata.  
Eſa. 7.

1.

El. Deus, Lu-  
ther. deprauat  
in Heldt  
Gygas, & He-  
ros.

2.  
Pſal. 8.

scit. Sines eum paucō tempore à Deo  
derelictum esse, non enim fuit à Deo de-  
relictus: sed, vt Paulus meus iuxta anti- *Heb. 2.*  
quam veritatem Hebraicam vetustissi-  
mis olim libris conseruatam docet, ab  
Angelis diminutus, & infra eorum di-  
gnitatē ad quoddam tempus deiectus,  
vt sua nos superbos homines humilitate  
in cælos sublimaret, & ipse omnium  
iudex, gubernator, Rex omnibus omni-  
no rebus cū gubernandis, tum iudicādis  
singulari cū prorogatiua præficeretur.

Hac enim eximia iudicandi atq; gu-  
bernandi omnia potestate ornatus à Pa-  
tre fuit, cum die viētricis Resurrectio- *Psal. 109.*  
nis ipsi à mortuis rediuiuo dixit, tecum *explicatus,*  
principium in die virtutis tuæ, in splen- *qui D. Christi*  
doribus Sanctorū *tuetur nobis* *diuinitatem,*  
*ך נד בות יממה* *& eximiam*  
cha neda vuth, ἵδεχαι, tecum imperium, *humanitatis*  
quale est Archontum; quibus iustitiæ *dignitatem.*  
administratio est credita: vnde apud E- *christus Ar-*  
sa. Archon & Legifer noster appellatur: *chon & Legi*  
qua singularis dignitas Christo conti- *fer noster a-*  
git die virtutis τὸν ἀγῶνα glorioſæ illi- *pud Esa. iuxta*  
us victoriæ: qua sibi & mortem, & Sa- *70.*  
thanam subiugauit, in splendoribus & *In splendori-*  
illustribus rebus sanctorum τὸν ἄγιον, *bus Sanctorū, si*  
quod est illud Sanctum Sanctorum, siue *ue corporis glo-*  
corpus eius sacro sanctum typico illo di- *riosis iam redi-*  
po illius loci

qui Sancta Sā uini Templi, qui dicebatur Sancta San-  
ctorum voca torum, loco præfiguratum. Hoc diuini  
batur, fuit præ Prophetæ oraculum similiter Lutherus  
figuratum.  
Iudaizat per- vester Iudaizans ita peruerit. Post quā  
spicue Lutbe- victoriam populus tuus tibi spontane-  
rus Psal. 109. us offeret in sanctorum cultu: filij tui  
Arrhianis fa- nascetur tibi, vt ros ex aurora. Quam  
tius.

hic suauiter suo in sinu rident vestri Ar-  
rhianizantes, Illyricani & similis fari-  
næ colluuies: quod Christo illam ex v-  
tero ante Luciferum generationem ve-  
stro ab Apostolo Luthero vident subla-  
tam? Quid verò vester iste Apostolus  
monstrosa sua peruersione sibi volue-  
rit, ipsi videritis. Ego meis cum Ca-  
tholicis filijs nihil præter sponsi mei æ-  
ternam hic agnoſco ex Patre genera-  
tionem & diuinam omnium ei collatam ef-  
fe iudicandi facultatem.

3.  
1. Tim. 3.

Eodem spectat quod 1. Timoth. 3.  
Macedonium huius loci falsarium & fa-  
cilegum depravatorem sequutus, ubi  
legitur, Quod manifestatum est in car-  
ne, Lutherus peruerendo reddidit; De-  
us manifestatus est in carne. Hanc v-  
nam ob corruptelam Macedonium Co-  
stantinopolitanum Episcopum testatur  
Liberatus Archidia. Cartaginien. suo in  
Breuiario ab A. Anastasio in exilium  
fuisse

## ORATIO I.

151

fuisse exturbatum. Rursus singulare illud Do. Christi Iesu encomion, Quoniam Christus est veritas, contra fidem omnium vetustissimorum codicum Latinorum audet peruertere, Quod spiritus est veritas.

Illud verò sacrosanctæ Trinitatis testimonium Arrhianis valde exosum audebat Lutherus quoque cum Arrhianis S. Scripturæ subtrahere, Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt. Sed ex diuerciculo, quod loca diuinam Christi Maiestatem obscurantia à Luthero imperitis obiecta complectitur, n̄ viam redeat oratio: Cūm igitur Dom. Christus à Deo Patre singularem istam acceperit iudicarij Finita Ecclasi  
redit ad irre- honoris prærogatiuam, vt omnium ligiosam orationem Dominus, teste Diuo Petro, & v. iionem Protiniuersorum iudex constitutus, vt do- stantium.  
Acto. 10. minetur, imperiumque suos in Hostes paulatim subiugandos magis ac magis exerceat, summe contumeliosa ipsi censenda est isthæc nouitia Christi Domini inuocatio. Cacozelia procul dubio quadam periculosa, & præpostero quadam imitandi studio Principes laboratis, dū Christum inuocatis, vt pro vobis

K 4 Pa-

<sup>4.</sup>  
Iohan. 4.<sup>5.</sup>  
Iohan. 4.Psal. 109.

Patrem oret. Sic enim ipsum non religio se suo disturbatis ordine, dum indignas partes, quæ hominum aut angelorum sunt propriæ, ipsi Dom. Christo irreligioso cultu imponitis. Saluator vester est, Iudex vester est, æternæ salutis arbiter est à Deo Patre semel constitutus, postquam illud tabernaculum non manufactum suo cum æternæ propitiationis sanguine ingressus est, ut repropriet delicta populi sui, semper apparens vultui Dei pro nobis, tanquam iustum sui sanguinis pretium noltram exigens salutē, & quæ ad illam nobis conciliandam ullo unquam pacto conducat. Vnde ad supplicandi Deo Patri pro vobis officium non potest nisi manifesta cum iphius contumelia, certaque in ipsum irreligiositate inuocari.

*Quod haec noua Christi inuocatio fiduci am verè Christianā de Partis clementia per Christum impetranda minuit & extenuat.*

Quam Christi Domini nostri contumeliam in primis atrocem sanè, si vos Principes & Ciuitatum gubernatores nondum satis perspicue agnoscitis, agite, dispiciamus, obsecro, Christi Domini inuocato auxilio, quam ingenti vos ipsi, & pios omnes detrimento fiduciae ipsa re Christianæ afficiatis, dum eum ut patri pro vobis supplicet, inuocandum irreligiose habetis persuasum. Christia-

na

na fides docet Christum nos ad Patrē,  
 vti Paulus ait, introducere, ἐισάγειν, in  
 tus adducere in illa cælestia, nimirum *Heb. 10.*  
 interiora velaminis: quæ Mosaico illo  
 syparo atque Typico Templi Salamo-  
 nici velo præfigurabātur. Ad Deū patrē *Christus nos*  
 nostrum igitur nobis etiam post recon- *ad Patrem in-*  
 ciliationem non est accessus, nisi duce, *troducit vt*  
*andeamus li-*  
 immō introductore ac vero mystagogo *bere ipsum ac*  
 Christo Iesu; qui nobis Deum Patrem *cedere post re-*  
 placauit, suoq[ue] sanguine reddidit pro- *conciliatiōē.*  
 pitium & pacatum. Ne in istam incidere  
 mus vñquam desideratæ propitiatio-  
 nis, aut clementiæ à Patre per Christum *A promissō*  
 impetrandæ diffidentiam, siue ambiguā *Christi vltro-*  
 dubitationem, ipse Christus Dominus *neo; cui illare*  
 nos cautè præmonuisse, immō contra i- *pugnat inuocā*  
 stam vestram ipsius, vt pro vobis oret,  
 inuocationem prouidè admodum præ-  
 munisse videtur.

Ait enim apud Iohan. in cælos prope- *Iohan. 16.*  
 diem redditurus, In nomine meo petetis,  
 & non dico vobis, quia ego rogado Pa-  
 trem de vobis. Quod igitur Christus A-  
 postolis se facturum in cælis negat, tunè  
 audebis Homo Christiane ab illo flagi-  
 tare vt faciat? Tune illi officium pro te  
 Patrem rogandi temerarius audebis cō-  
 mendare, precibusq[ue] publicis ab eo con-

K 5 ten

tendere ut pro te oret, qui se non oratum pro te, sed omnia largiturum, & facturum tibi tam disertis verbis affirmare fuit dignatus?

Si vobis causa huius negatę pro vobis orationis esset vel per transennam nota, procul dubio peregrinā istā Christi inuocandi formulam meis cum Catholicis filijs ex animo detestaremī. Non rogabo de vobis Patrem, inquit. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Satis ergo sit nobis verbū Christi quod pro nobis nō rogabit patrē: quo fisi nos Patri nostro per Christum reconciliatorē nostras fundamus preces, piasq; per Christum illi offeramus supplicationes. Illa enim nouitia vestra Christi, ut pro vobis patrē oret, inuocatio non solū donatę ip̄si repugnat dignitati, qua omniū est compos, & gubernat omnia: sed eius derogat etiam personae, quam apud Deū Patrem nunc sustinet; cui omne iudiciū ita semel est traditum ut Pater iudicet nullum. Eadem ad supplicandū pro vobis Patri vestra Do. Christi inuocatio, illi Euangelico reclamat etiam promisso, Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, ip̄se dabit vobis. Qua diuina pro-

*A formula in  
iuocandi Pa-  
tris à Christo  
præscripta no-  
bis.*

*Iohann. 15.*

promissione formulam nobis petendi,  
precandi, aut salutariter Deo Patri sup-  
plicandi præscripsit: nimis ut nos Deo  
Patri magna cum fiducia supplicemus  
in nomine filij sui unigeniti Christi Ie-  
su. Si ergo Christus docet ac iubet ut  
nos per filium rogemus & postulemus  
Patrem, non vult nos ipsum inuocare,  
ut pro nobis supplex Deum oret: cum  
omnia iam nunc ei in manu sunt tradita;  
& certum teneamus promissum nos no-  
stra impetratos interpellatione, humili-  
lique supplicatione, quidquid petierim-  
us, aut rogauerimus, modo in filij no-  
mine magna, firmaque fide Patrem pu-  
stulemus. Quod procul dubio exora-  
bimus, lætique certè impetrabimus,  
illud tantum diuini Prophetæ moni-  
tum sedulò cauentes, Iniquitatem si a-  
spexero in corde meo, non exaudiet  
Dominus. Proinde omnis nostra fidu-  
cia, & ad Patrem Cælestem post condon-  
atas prioris vitæ offensas ingrediendi  
confidentia uno in Christo Iesu sita  
est, ita ut nobis ipsis meritò semper dif-  
fidamus, quotquot isthuc mortali, im-  
mò tetrico vitiosæ carnis carcere bis  
ter miserè inclusi ad purissimam il-  
lam, ipsisque adeò sanctissimis Angelis  
tre-

Psal. 65.

*Quanta eum  
reuerentia &  
tremore ad  
Deum acce-  
dendum.  
Heb. 5.*

*Ex absurdo et  
inutili.*

*Si opus est quo-  
tidiana Chri-  
sti pro nobis a-  
pud Patrem  
supplicatione,  
magnum fidu-  
cie nostræ  
obijicitur im-  
pedimentum.*

*Heb 10.*

*r. Iohann. 2.*

*Heb. 5.*

tremendam Dei Maiestatem paramus  
accedere. Hic si meritò trepidamus, &  
iusta pro reuerentia tantum non obstu-  
pescimus, quænam, obsecro, erit nobis  
ad Deum illum spirituum iudicem acce-  
dendi fiducia? quænam nobis est Par-  
rhesia Paulina? quænam denique animi  
solida intrepiditas, si iuxta nouitium ve-  
strum humanæ doctrinæ commentum  
animus Christianus persuasum sibi ha-  
beat opus adhuc esse quotidiana pro no-  
bis Christi supplicatione apud Deum Pa-  
trem, vt nos exaudiat? vt nobis sit pro-  
pitius? vt nostri misereatur? Si suo san-  
guine nondum nobis placauit Patrem,  
sed noua ei opus est pro nobis supplica-  
tione; non est fidelis pontifex nobis fa-  
ctus; non est plenus reconciliator; non  
est denique perfectus propitiator: cum  
non plenè, sed imperfectè iam cælos pro  
nobis, tanquam æternas nobis sedes pa-  
rare ingressus, nos Patri reconciliauit  
pretio suo sanguinis pretio, quod quo-  
tidiano supplicationum nouarum ( vt  
vos quidem sentitis) adhuc indiget au-  
ctario. Quid? si Dom. Christus patrem  
orare supplex pro vobis debet, non iam  
exauditus est: quod tamen D. Paulus nō  
dubitat affirmare. Si vestra igitur do-

Ecri

Et rina isthac nouitia vera est, hoc sane  
 argumento debilior infirmorum fra- *Ab impio.*  
 trum conscientia non leuiter turbetur,  
 nedicam exitialiter percellatur, ac in te-  
 terrimum adeò execrandæ Apostasie  
 præcipitetur baratum. Videt enim ist-  
 hac vestra ex doctrina semiplenam, aut *post asie à fide*  
 saltem imperfectam Christo vnicō hu- *Christi: quod*  
 mani generis reconciliatori tribui recō- *videatur im-*  
 ciliationem: quæ noua quotidie suppli- *perfectus recō*  
 catione pro vobis fundenda, & vt à Pat- *ciliator; cui*  
 tre pro vobis recōciliandis exaudiatur, *est pro nobis*  
 habet opus. Hoc verò scandalum con- *pud Deū pa-*  
 tra plenam, solidam, & efficacem Chri- *trem.*  
 sti Iesu D.N. pacificationem, plenamq;  
 ac veram cum Deo Patre reconciliatio- *A Repugnā-*  
 nem apud meos filios Catholicos non *tibus.*  
 inuenit locum. Rectius vos in reliquijs *in reliquijs*  
 Sacrificij mei irreligiosè vobis conserua- *suæ Missæ cō-*  
 tis mecum Dom. Christum ut Deum *trarium faci-*  
 inuocatis, orantes Kyrie eleeson! Agnus *unt huic noui*  
 Dei, qui tollis peccata mundi, miserere *tiæ suæ inuoca-*  
 nobis! Si potest Christus vestris pecca-  
 tis misereri, atque ea iure suo & authori-  
 tate sua propria remittere, quod illa so-  
 natoratio iniuria fit sanè haud leuis di-  
 uinæ ipsius potestati, & incomparabili  
 iudiciarię ipsius dignitati, vt supplex à  
 Patre vobis petat veniam. Similiter ca-  
 nitio

*Hac inuocati-*  
*one Christi*  
*occasione dā-*  
*ri infirmis A.*

*videatur im-*  
*perfectus recō*  
*ciliator; cui*  
*est pro nobis*  
*pud Deū pa-*  
*trem.*

*A Repugnā-*  
*tibus.*

*in reliquijs*  
*suæ Missæ cō-*  
*trarium faci-*

*unt huic noui*  
*tiæ suæ inuoca-*

nitis, Agnus Dei, qui tollis peccata mun  
di, dona nobis pacem! Si eius in manu  
est pacem vobis donare, veramque pa  
tris reconciliationem vna cum sceleru  
et si grauissimorum, venia peccatoribus  
largiri, ut potest procul dubio; non citra  
diuinæ huius facultatis, & donatæ à Pa  
tre potestatis blasphemiam, Christum

*Vide D. Gre  
gor. Nazian  
zenū orat.  
quarta de Spi  
ritu sancto.*

rogatis ut suppliciter ipsam vobis demis  
sè orando, aut humiliter supplicando à  
Patre impetreret: cùm largiendi ab ipso iā  
pridem habeat potestatem. Sic in muti  
lata vestra Litania semi-christiana ipsū  
recte ut & mei filij Catholici inuocatis,  
Christe audi nos! Christe exaudi nos!  
Est enim fidelis pótifex nobis factus &  
misericors. Si vera fide creditis ipsum  
vos posse exaudire, omniaque largiri,  
quæ vobis sint ad salutem illam æternā  
conciliandam salutaria, siue opportuna,  
magni est erroris, ne flagitioꝝ dicam  
impietatis, & nefariꝝ potius irreligiosi  
tatis ipsum vobis sine Dei verbo finge  
re Deo Patri supplicantem, ut vos exau  
diamini, votorumque à Deo Patre ef  
ficiamini compotes. Ipse namque sua in  
manu habet (quod hæc vestra nobiscū  
communis tonat ac profitetur inuoca  
tio) ut ipse vos exaudiat, omnibusq; fa  
luta-

*Heb. 3.*

*Ab irreconci  
liabili.*

*Quod hæc  
christi ad sup*

Iutariter suo pro nomine vos cumulet plicandū <sup>in</sup> <sup>re</sup><sub>us</sub> bonis, quæ vestræ salutis æterno bono catio pugnat queant vlo modo cōducere. Hinc rectè <sup>cum articulo</sup> vno canimus ore ad Christū, suscipe de- <sup>fidei protestā-</sup> precationē nostrā: vt eā quasi noster pō- <sup>tium, sedet ad</sup> dexteram P<sup>a</sup> tifex fidelis Deo Patri offerat nobis pec tris.  
 catorū veniā impetraturus; imò sua pro funtione nobis eandē largitur<sup>o</sup>. Porrò ne quid vobis hac super doctrina resi- deat scrupuli, illum fidei vestræ articu- lum attento, precor, animo considera- te, quo vos credere profitemini, Chri- stum sedere ad dexteram Patris. Si ergo Christus Homo est Maiestate Do- Deo Patri suo æqualis (est enim Deus & Homo) non potest Deus Homo nunc Deo Patri supplex fieri, vt oran- do aliquid vobis petat: qui omnia, vt omnium Archon, arbiter, atque sin- gularis iudex gubernat, largitur, dispen- sat pro suo vnius iure atque arbitrio: cui & cælum & inferi, & terra cum suis omnibus humili famulantur ob- sequio. *An necessario.*

Qui firma in Christum fide persu- sum habet ipsum post absolutā suæ Le- <sup>Aperi gloria</sup>  
gationis ac nostri reconciliationis cum filio Dei com- <sup>municata.</sup>  
Deo Patre functionem, an ausit il- <sup>Rom. 5.</sup>  
lum vnigenitum Dei filium, primo <sup>Apocal. 1.</sup>  
geni-

160 QVERIM. ECCL. CATH.  
genitum ex mortuis, tenentem claves  
mortis & inferni, tanta nūc gloria coro-  
natum, cælis excelsiorem factum, & su-  
pra omnia constitutum, Deo Patri sup-  
plicem facere, quem D. Esaias, teste Io-  
han. Apostolo Theologo (vbi vidisset  
eius gloriam Patri æqualem, eiusdē ho-  
noris & summæ dignitatis) docet ab illis  
puriss. Spiritibus Cherubim & Seraphim  
adoratū? & diuino illo Trishagij hym-  
no cohonestatum? atque communi lau-  
de cum Patre honoratum? Eundem por-  
rò honorem Angelos ad vnum omnes  
Christo Dom. post absolutum humanæ  
reconciliationis mysteriū exhibere D.  
Paulus ex Dauidis psalmo demonstrat  
ad Hebræos epistola, illud recitans, Et  
adorent eum omnes Angeli eius. vnde  
liquidò evincitur Christum Hominem  
Angelis omnibus maiorem, & excellen-  
tiorem: cui etiam vel ipsa congruat uni-  
uersorum Angelorum adoratio. Ea ve-  
rò non ex naturali dignitate homini  
Christo impenditur: sed ex singulari me-  
ritorum suorum præstantia. qua se ipse  
humilians, patrisque voluntati demis-  
se subiiciens ignominiosiss. illam diræ  
crucis nostri causa sustinuit morte:qua  
gloriam istam incōparabilem sibi me-  
ruit

Heb. 3.  
Psal. 8.

Esai. 6.  
Iohan. 12.

A communī  
adoratione  
Angelorum in  
illo Propheticō  
Trishagio.  
Ab honore  
pari ab Ange-  
lis Christo ho-  
mini exhibē-  
do: quem Deo  
patri debitum  
præstant.

Heb. 1.  
Psal.

Cantico Mo-  
saico secun-  
dum 70.

Philip. 3.

ruit. Hac enim de causa, D. Paulo teste, ipsum Deus Pater ita exaltauit, atque supra homines, ipsosque adeò angelos omnes sublimauit, ut ad tremendum iuxta ac honorificum eius nomen contremis- *Psal. 98.*  
 cant omnia, paueant omnia, trepident omnia, genu flectant omnia. Siquidem Honor iste homini Christo, quo post funestam acerbiss. Crucis ignominiam est à Deo Patre coronatus, ex diuina ei con- *Psal. 8.*  
 tigit dignatione; qua propter vniōnem Hypostaticam est præditus.

Ex eodem diuini honoris Homini Christo diuinitus communicati fonte manat, quod ipsum in cælesti throno sedentem adorant illi XXIII seniores, *Apoc. 5.* ipsi phialas illas suauissimorum aromatum, quæ sunt orationes Sanctorum, plenas offerentes: ut eas nimirum tanquam summus Hominum sacerdos, & unicus mediator, singularisque aduocatus Deo Patri offerat, & nostræ salutis studiosissimus repræsentet: quòd in ipsis gratiam reportemus benignam Dei Patris clementiam, paternam impetrerimus veniam, liberalemque votorum nostrorum accipiamus largitionem.

Talem cum nobis firma fide credatis contigisse summum sacerdotem, ad-

**E**xhortatio ad uocatum , & mediatorem Dei filium  
 reditum in cō- Christum Iesum Nazarenū, qui cēlis  
 cordiam cum sublimior factus nostram semper apud  
**Eccle. Christi** clementiss. Patrem agit causam , vt vna  
**Catholica.** nobis Christianis omnibus sit fides, vna  
 Ecclesia, vna deniq; colendi Dei ratio,  
 eademque religio: redite igitur ad cor, o  
 mei filij charissimi! redite, vos vestram  
 per salutem æternam obsecro, redite, in-  
 quam ad cor, omnem exsecrantes noua-  
 tionem, in vero Dei cultu, piaq; inuoca-  
 tione: lōgissime fugite Nestorianismū,  
 omnemque cæterum errorē. Nolite filij  
 mei, nolite matrem vestram post 1500.  
 annos peregrinū & nouitium istud do-  
 cere colendi Dei dogma, quod à Christi  
 annorum memoria semper inauditi fuit  
 in Ecclesia Dei Catholica.

**I. Cor. 14.**

An à vobis processit verbum Dei? an  
 vobis solis nunc post tot annorum cen-  
 turias Deus istud reuelauit? Si humanis  
 rationibus & Syllogismis philosophicis  
 illud statuitis, non deest meis Catholicis  
 quod solidè respondeant. Sin miraculis,  
 ea nondum vedit orbis. delira sunt, im-  
 pia sunt, blasphemā sunt, quæ citra ver-  
 bi Dei testimonium, aut probata omni-  
 bus orthodoxorum Patrum exempla  
 in Catholicam inuehere conamini Ec-  
 cle-

clesiam. Dei filium enim in gloria Dei *Rupertus Ab-*  
 Patris sedentem ad hoc vt roget Patrem *bas Tuitien.*  
 ( quod pius noster olim pronunciauit *de di. officijs*  
*Rupertus Tuitien.*) iam nemo inuocat  
 Catholicus. solida igitur mea contenti  
 ratione colendi Dei, redite ad me & v-  
 na mecum Christum unicum Saluatorem *Nullus Catho-*  
 nostrum , Aduocatum nostrum , inter-*licus Do. Chri-*  
 pellatorem, siue legatum et mediatorem *stum inuocab*  
 nostrum singularē diuino colentes ho-*ut pro se Pa-*  
 nore suis vos subijciatis legibus: à quib⁹ *trem oret, ne-*  
 isthæc peregrina, meisque auribus hor-*dum suppli-*  
 rida inuocandi formula longissimè ab-  
 horret ob causas dudum à nobis haud  
 leui brachio perstrictas. Postquam nūc  
 illa vobis, filij Protestantes, commemo-  
 rauimus quæ fidei meæ Catholicæ ad-  
 dendo peccatis, hic non nihil interquie-  
 cendum censeo: vt alacriores vtricq; ad  
 sequentia salubrius percipienda  
 euidentiusque perspicienda  
 transeamus.